# Adnotationes in Oenomai fragmenta

(Euseb. praep. evang. V 19—36 et VI 7)

scripsit **Theodorus Saarmann.**

Priusquam ad ipsa Oenomai fragmenta commentanda accedam, libros componam, quibus in textu constituendo usus sum:

Theodoret. de cur. graec. aff. rec. Gaisford Oxonii 1839.

Euseb. praep. evang. ed. Heinichen Lipsiae 1842.

Euseb. evang. praep. rec. Gaisford Oxonii 1843 (tomus IV continet Vigeri notas). quam editionem sequor.

Euseb. ed. Migne (patrol. ser. gr. XXI) tom. III Parisiis 1857; continet etiam notas et varias lectiones Seguieri ex anno 1846.

Euseb. op. recogn. Dindorf Lipsiae 1867.

Fragmenta philos. graec. ed. Mullach, vol. II, Parisiis 1867.

Porphyr. de philos. ex oracul. haur. ed. Wolff Berolini 1854.

Oracula graeca coll. Ric. Hendess Halis 1877.

Praterea conferas quaeso copiosissimum libellum, quem nuper edidit J. A. Heikel de praep. evang. Euseb. edendae ratione Helsingforsiae 1888; qui totam praeparationem evangelicam Eusebii denuo recensitam se editurum esse promittit. — qua de causa collationes illas, quas in dissertatione mea (de Oenomao Gadareno Lips. 1887 p. 30 not.) dixeram, equidem non promulgabo.

## V

**19** 1 *Ἀθηναῖοι τὸν Ἀνδρόγεων ἀποκτείναντες.* historiam vide apud Diod. IV 60—61. Plut. Thes. 15. Apollod. III 15 7 3. — *λοιμοῦ καὶ λιμοῦ κτλ.* oraculum ab aliis non traditum. cf. Hes. op. 243: *λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν.* Ev. Luc. XXI 11 *καὶ λιμοὶ καὶ λοιμοὶ ἔσονται.* — 2 *πανταχόθεν* semper est undique. desideratur autem hoc loco ubique. recipe igitur cum Dindorfio codicum A H lectionem *πανταχόθι*, qua voce Lucianus quoque pro *πανταχοῦ* utitur dial. deor. IX 1 extr. *πανταχόθι τοῦ σώματος.* — *ἐθαλασσοκράτει τότε ὁ Μίνως.* Diod. IV 60, V 54 78 84. — *Ὁμήρῳ ἐδόκει Διὸς μεγάλου εἶναι ὀαριστής* recte Dindorf. miror quod Gaisford toleraverit *ὀαριστύς* (commercium) quod hoc loco sensu caret. cf. Hom. *τ* 178—179. eundem versum detorsit Timo frgm. III 2 (Wachsmuth) . . . *σεμνηγορίης ὀαριστήν* (Pythagoram). — *ἐν Ἅιδου δικαστής.* Hom. *λ* 568 ss. — 3. *τούτων τῶν κορῶν* codd. — *ἴσως κούρων* Vigeri margo. cum non solum puellae sed etiam adolescentes sint, scribo *κόρων.* Hesych. *κόρος . . παῖς.* Eubul. ap. Athen. II 47 C *Κεκροπιδῶν κόροι.* Soph. Phil. 562 *οἱ Θησέως κόροι.* Eur. Herc. f. 1151 *γῆς Ἀθηναίων κόροι.* Aesch. frgm. 44 (Herm.) *σὺν κόροις τε καὶ κόραις.* — **20** 1 *τὰ καθήκοντα . . τοῦ κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας διηγήματος.* cf. Seguierum de his rebus fusius disserentem, quocum non dubito corrigere *Ἀριστόμαχος ὁ Ἀριδαίου* in *Ἀρ. ὁ Κλεοδαίου.* cf. Her. V 52, VII 204, VIII 131. Diod. II 7 6. Apoll. II 8 2 5. atque mihi quidem veri simillimum est librarium ex altero nomine priores litteras in alterum transtulisse: *Ἀριστόμαχος ὁ Ἀριδαίου.* — 2 *νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.* versus ab reliquis scriptoribus non traditur. Vigerus falso vertit: „per liquidas fauces" quasi verbum *στένυγρος* constet ex *στενός* et *ὑγρός.* contra talem opinionem disputat Galenus XVII 1 897 (Kühn) *οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ λέξει, καθάπερ ἄν τις οἰηθείη μὴ γιγνώσκων ὑπὸ τῶν Ἰώνων τὸ στενὸν ὀνομάζεσθαι στενυγρόν.* XVIII 1 411 . . *ἀπὸ τοῦ στενυγροῦ, ὅπερ οὐδ' αὐτὸ πλέον σημαίνει τοῦ στενοῦ.* sed etiam si notionem angusti accipiamus, tamen hoc loco *στενύγρων* non servari posse videtur. infra enim scriptor verbum repetit: 3 *οὐ κατὰ γῆν λέγω στενύγρην* et 4 *εἶτ' οὐκ ἠπίστασο ὅτι διαμαρτήσεται τῆς στενύγρης ὁ τὴν στενύγρην ἀκούσας.* cf. Theod. de cur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

graec. aff. (X) 139 41: *Ἀριστόμαχος οὐ νενοηκὼς τὴν στενύγρην.* cur uterque non dixit *τὰ στένυγρα?* — necesse est opinor in versu illo *στενύγρων* mutari in *στενύγρης* vel potius *στενυγρῆς*, quod proposuerunt Heyne ad Apollod. II 8 2 6 (edit. p. 234) et Wolff (Porph. p. 80). iam igitur de accentu aliquid adnotandum est. *στένυγρος* enim pronuntiare liceret, si esset compositum ex *στενός* et *ὑγρός* (cf. *δίυγρος, κάθυγρος*). quod cum ita non esse viderimus, alteram formam *στενυγρός* (oxytone) adsciscere malim. quae exstat etiam apud Simonidem Galeni XVII 1 897.

*οὐκ ἄν τις οὕτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν*
*ἀνὴρ λέοντ' ἔδεισεν οὐδὲ πάρδαλιν*
*μοῦνος στενυγρῇ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ.*

Apollod. II 8 2 6 *ὁ θεὸς ἀντεῖπε . . λέγειν γὰρ οὐ γῆς ἀλλὰ γενεᾶς καρπὸν τρίτον καὶ στενυγρὰν τὴν εὐρυγάστορα.* Max. Tyr. diss. XXXV 7 *νῦν δὲ τοῖς ἀνθρώποις ὁ Ἀπόλλων τὸ ξύλινον τεῖχος λέγει καὶ τὸν στενυγρὸν ἰσθμόν.* atque conferri posse hanc vocem puto cum *πενιχρός, ἀνιχρός.* — *κακοδαίμων ἧκεν ἐκ κακοδαιμόνων τρίτος.* similia V 24 3 *ἄξιός τέ σοι ὁ Ζεὺς τοῦ Διός, ὦ υἱὲ τοῦ Διός, ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀθηνᾶ τῆς Ἀθηνᾶς, ὦ τῆς Ἀθηνᾶς ἀδελφέ.* 25 5 . . *οὔτ' ἂν τὸ μεῖζον τοῦ μείονος, μεῖον δὲ εἶναι* . . 33 6 *τῶν ἄλλων πονηρῶν πολὺ πονηρότεροι.* 33 7 *εὖ μὲν οἶκος οἰκεῖται, εὖ δὲ ἰδιώτης βίος.* 34 16 *πολὺ μᾶλλον παχέων βοῶν οἱ παχεῖς ἄνθρωποι εὐφραίνουσιν ὑμᾶς.* 34 17 *οὐδ' ἀλλότριον ἦν ἀγῶνος Πυθικοῦ Πυθικὸν εἶναι καὶ τὸ γυμναστήριον.* VI 7 2 *ἀξιοζήτητον ζητήσειν πρᾶγμα.* 26 *ἐπὶ φυγῇ μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑτέρου, τοῦ δὲ ἑτέρου πλεονεξίᾳ.* 36 *ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη.* — *τρίτος* Seguiero secundum Eusebii vel potius Oenomai narrationem quartus videtur. equidem Oenomaum suo iure Temenum tertium appellare potuisse censeo, cum primum intellegeret Cleodaeum, qui cecidit in ea ipsa *εἰσβολῇ*, quam Heraclidas frustra suscepisse antecedenti enuntiato (*οὗτοι γὰρ — ἐσφάλησαν*) dixit, alterum Aristomachum illius filium, tertium Aristomachi filium Temenum. — *κατὰ τὴν εὐρυγάστορα.* cf. Wolff (Porph. p. 80). — *δόξαν ἐμποιήσας.* Vig. margo *ἐνεποίησας.* pessime, cf. Polyaen. strateg. I 9. — *μέσον στρατοπεδεύεται Ναυάτου καὶ Τυπαίου.* Mullach (frgm. philos. II 363): *κατὰ μέσον*, qua mutatione minime opus est. cf. Eurip. Or. 983 ss. *μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ μέσον χθονός τε τεταμέναν αἰωρήμασι μυρίαις πέτραν.* Chron. Pasch. I 498 9 (Dind.) *Ἀντωνῖνος Καράκαλλος συμβαλὼν εἰς τὸν πόλεμον ἐσφάγη μέσον Ἐδέσσης καὶ Καρρῶν.* — *Ναυάτου* sine dubio rectissime emendavit Valesius (emend. I 3) in *Ναυπάκτου.* pro *Τυπαίου* proposuerunt *Ῥυπαίου* Holsten (ad Steph. Byz. s. v. *Ῥυπαί*), Mullach (l. s.) *Ῥυπαίης.* rectum invenisse puto Seguierum (cogitaverat etiam de: *τοῦ Ῥίου*) sic argumentantem: „castra posuit (*στρατοπεδεύεται*) Temenus, ut falleret Peloponnesios, non vero in aqua neque inter Rhypaeum et Naupactum neque inter Rhionem et Naupactum. itaque — quod Heyne quoque sensit — in ipsa Aetolia quaerendus est locus. atque facillime mutatur *Τυπαίου* in *Εὐπαλίου*, cuius mentionem fecerunt Thuc. III 96 et 102. Strb. X 450 . . *ἐπὶ Ναύπακτόν τε καὶ Εὐπάλιον.* Steph. Byz. s. v. *Εὐπαλία πόλις Λοκρίδος ἣν Εὐπάλιον Ἀρτεμίδωρός φησι.*" — *καὶ δὴ ἀκοντίζει Κάρνον Ἱππότης ὁ Φύλαντος τὸν Αἰτωλόν.* A rectissime. cf. Apollod. II 8 2, Paus. III 13 3, apud quem Carnus non est Aetolus sed Acarnan. — *συνεκύρησε νόσος πλησία* emendabam diss. p. 28. — *ἤκουσεν ὅτι ποινὴν ἀνεμάξατο τοῦ θείου ἀγγέλου.* verba *ποινήν, ἀνεμάξατο, ἀγγέλου* ut saepius ab Oenomao ex ipso oraculo desumpta sunt. — *καὶ τὸ ὑπὲρ τῆς εὐχῆς Ἀπόλλωνι Καρνείῳ* (codd. *Καρνίῳ*) *ποίημα τὸ διὰ χρησμοῦ λέγον· Ἄγγελον κτλ.* pertinent igitur verba *τὸ ποίημα . . . λέγον* ad ipsum illud oraculum *ἄγγελον κτλ.* quo audivit *ὅτι ποινὴν ἀνεμάξατο τοῦ θείου ἀγγέλου.* itaque *καί* mihi suspectissimum est. emendare ausim: *κατὰ τὸ . . ποίημα λέγον.* — 4 *Καρνίῳ* codd. *Καρνείῳ* optime Dindorf cum propter metrum tum quia huius cognominis Apollinis usitata forma est *Καρνεῖος.* — omnino ideirco quod vocales illae *ἀντίστοιχοι* pronuntiando iam non distinguebantur, etiam in hac Eusebii praeparationis evangelicae parte librarii multos commiserunt errores. — 5 *ἀμφίβολος ἡ στενυγρή.* oraculorum solitam ambiguitatem improbat etiam V 21 3 . . *σοὶ οὐδὲν ἔμελεν, εἴ τι ἄτοπον πείσεται* (sc. *Κροῖσος*) *ὑπ' ἀμφιβόλου χρησμοῦ ἐπαρθεὶς εἰς ἀλλοτρίαν ἀρχήν.* — 6 *ἐναποθανόντι* mutavi in *ἐπ' ἀποθανόντι* (cf. diss. p. 28). — 7 *τῷ σῷ σο-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

φίσματι. ut cynicum eum saepius contra Apollinis „sophismata“ se vertisse, cum cynicos dialecticam respuisse constet, non est cur miremur. cf. V 25 4 Δελφικὰ καὶ Δωδωναῖα σοφιστήρια. ibid. 7 ἀφώρατον . . τὸ σόφισμα. 26 3 . . ἀσφαλὲς ἦν τῷ σοφιστῇ τὸ ἀνατρέπειν. — ὡς, μηδ' εἰ χιλιάκις σφαγεῖεν, κτλ. σφαγεῖεν male, cum caesi oraculum iam non consulant. propono σφαλεῖεν, quod optime refertur ad §. 1: οὗτοι (sc. οἱ Ἡρακλεῖδαι) γάρ ποθ' ὡρμημένοι κατὰ τὸν Ἰσθμὸν εἰσβαλεῖν εἰς Πελοπόννησον ἐσφάλησαν. — **21** 1 ἔοικας δὴ ὡς ἀληθῶς τὰ μὲν ὅσα ψάμμου ἄξιά ἐστιν εἰδέναι: re vera quod ipse pronuntiasti novisse videris. intellegit enim oraculum Lydis editum (Her. I 47), cuius duos priores versus paullum mutatos exscripsit V 34 2. cf. ibid. 7. — ψάμμου ἄξιον ἐπίστημά ἐστιν. Mullach (l. s. 364) . . ἐπιστήμη ἐστίν. sed etsi apud alios ἐπίστημα non legitur, tamen Oenomao tribui posse puto, cum substantiva in -μα exeuntia valde adamaverit. sunt quinquaginta fere numero, ex quibus insigniora nonnulla hic exhibebo: διήγημα V 20 1. εἴδημα 21 1. οἰκοδόμημα 24 4. κακοτέχνημα 24 5. παράπταισμα 25 5. ῥᾳδιούργημα 26 2. παρεύρημα 27 5. παρρεγγύημα 28 9. ἐρώτημα 31 1. ἀηνόημα 33 16. μηχάνημα 34 5. ἐπιτήδευμα 34 10. θρέμμα 34 16. κατασκεύασμα 36 4. μίγμα VI 7 23. σοφίστευμα 30. ἔγκλημα 41. — τὸ Λύδιον ἀνδράποδον τὸν Κροῖσον. cf. Lucian. dial. mort. X 1 (Μένιππος) ἐπιγελᾷ καὶ ἐξονειδίζει ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς (Σαρδανάπαλλον καὶ Κροῖσον) ἀποκαλῶν. — „(Κροῖσος) Ἅλυν διαβὰς κτλ.“ primum occurrit apud Arist. rhet. III 5. de Croesi rebus disputat etiam Dio Chrys. or. XIII 220 ss. adfertque versus illos ἀλλ' ὅταν ἡμίονος κτλ. (Her. I 55); cf. infra §. 4 ἡμίονος ὢν ἐν τῷ αἰνίγματι. — 3 πικροί τινες ἄνθρωποι καὶ κακοήθεις nimirum Apollinis iudicio. ipse autem Oenomaus in eo numero se reponit. cf. Eusebii verba infra §. 6 τοιαῦτα τῆς Οἰνομάου παρρησίας τὰ τῆς γοήτων φώρας, κυνικῆς οὐκ ἀπηλλαγμένα πικρίας. — ἀλλὰ „καταλῦσαι“ κτλ. recte perspexit Meineke (annal. philol. LXXXIX 59). — 4 παρεμφαίνει μὲν τὴν ἔκτυφον μοῖραν (non μοῖσαν) pars codicum recte exhibet. certe enim opinor adludit Oenomaus ad locum Platonis (Phaedr. 230 A) quem in dissertatione mea (p. 22) attuli, praesertim cum multi alii scriptores idem fecerint, de quibus cf. Timaei lex. voc. Plat. p. 54 Ruhnken. — 5 τί δέ σου ὄφελος ἡμῖν; τί δὲ μαινόμεθα οἱ πανταχόθεν τῆς γῆς ἐπί σε διώκοντες; magnam per deum vaticinum exortam esse calamitatem queritur etiam V 22 1, 27 5. — τί δὲ σὺ κνηφιᾷς; optime hoc loco stare me docuit Buechelerus collato Herodiano: κνίφω, κνιφῶ (ed. Lentz II 233 28; 949 15; I 465 1). quae cohaerent sine dubio cum voce κνίφος (Hesych. κνίφεα· κνίδας): urtica. sed cum habeamus et vocem κνήφη quae fortasse idem, certe pruritum, puriginem sonat et verbum κνηφεῖν prurire (gloss. Philos. prurit κνηφεῖ), non est cur nostro loco κνηφιᾶν mutemus; immo sensus efficitur aptissimus: quid tu (urticae in modum) homines pungere vel vellicare studes? — **22** 1 τὴν ἐμπορίαν εἰπεῖν, ἣν καὶ αὐτοὶ περὶ σοφίας ἐνεπορευσάμεθα ἐκ τῆς Ἀσίας, ὦ Κλάριε, παρὰ σοῦ. sapientiam laudibus effert etiam V 31 2—3, ubi oraculi Cretensibus dati versibus mutatis docet quo modo deus eos adloqui debeat; eo enim perveniendum esse dicit, ut sapientiam colerent: ὅπως σοφίαν καταναιετάητε. — Apollinis Clarii oraculum vigebat Colophone. cf. Gust. Wolff de noviss. orac. aetat. 1854 p. 11 ss. — ἔστιν ἐν Τρηχῖνος αἴῃ κῆπος Ἡρακλήϊος κτλ. Vigero eumque secuto Heinicheno et §. 1 et §. 2 „alterius manuscripti lectio“ Τραχῖνος et Τραχῖνα (quam ab Gaisfordio non commemoratam invenis) rectior visa est. idem Vig. deinde ad verba Ἡσιόδειόν τινα dixit etiam ex ipsis Hesiodi versibus apparere legendum esse Τραχ. — sane Oen. intellegit Hes. op. 289 ss., sed non mutat Hesiodi verba, immo retinet, quod ex Hesiodea voce ῥηιδίην (§. 2) cognoscas, pro qua exspectamus ῥᾳδίαν. pariter in verbis διὰ τὴν Τρηχῖνα secutus est Hesiodum qui scribit καὶ τρηχύς. itaque in oraculo quoque scribendum est Τρηχῖνος, praesertim cum per se veri simile sit vatem hic quoque epica dialecto usum esse. — ad κῆπος Ἡρακλήιος cf. versum VI 7 35

Τρηχῖν' ἐξεῖλες πόλιν Ἡρακλέος θείοιο. —

βέβριθε δ' ὑδάτεσσιν διηνεκέσσιν. non opus est, ut versus trochaicus antecedentibus similis fiat, cum Holstenio (in Porph. comm. de vit. Pythag. c. 26) mutare: ὕδασι διηνεκές, cum -εσσιν vel -εσιν vix in codicibus bis exaratum esset, nisi primitus semel locum tenuisset. sufficit autem versui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dindorf: *βέβριθε δ' ὑδάτεσιν διηνεκές.* sed notio *ὕδατα* toti huic loco minime consentanea est. nam quid est *βρίθειν ὕδασιν?* Gaisford quidem: *ἄνθεσιν*, ex hymn. Hom. V 472 s.

*πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν ‖ ἔβριθ'.*

at magis adridet, quod mihi coniecit Buechelerus: *οὔθασιν* vel *οὐθάτεσι.* cf. Hom. *Δ* 141. 283. hymn. V 450. — 4 *ἐφαίνετο δὴ οὖν κἀκεῖνος κτλ.* cf. Luc. Menipp. 4 med. 5. — 6 *οὐδὲ κόλαξ οὐδὲ ῥήτωρ οὐδὲ συκοφάντης.* cf. Luc. Menipp. 11 (loquitur ipse Menippus) *ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοὶ . . . καὶ κόλακες καὶ συκοφάνται.* ibid. *κατηγόρουν δὲ αὐτῶν καινοί τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες.* — **23** 1 *ξεναγωγήσαντος.* apud Paulum inveni *δουλαγωγεῖν* 1 Cor. 9 27, *συλαγωγεῖν* Col. 2 8. — *ἐνδείκτης*, ubi occurrit, est quadruplator, velut ap. Philostr. vit. soph. II 29 bis. Oen. autem hoc loco honesto sensu hac voce utitur. — *ἔν τε τοῖσιν εὐπέλευσιν* cf. Wolff (Porph. p. 80). — 3 *τοῦτο μὲν ἴσος οὐχ ἱκανὸς εἶ διανοῆσαι κτλ.* cf. V 24 5 *πῶς δέ, ὦ μάντι, ὅτι μὲν ἡ θεὶη Σαλαμὶς ἀπολεῖ τέκνα γυναικῶν, ᾔδεις, πότερα δὲ σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης οὐκέτ' ᾔδεις;* V 25 1 *οὐ γὰρ ἠπίστασο, ὦ σοφιστά, εἰ χωρήσει τὰ τῆς Σπάρτης ὥσπερ τὰ τῆς Ἀττικῆς.* V 22 7 Eusebius de Oenomao: *οὐδὲν εἰδότας ἔγνω τοὺς θαυμασίους* (sc. Apollinis Clarii augures). — *χῆνας ἐναρίζειν βολαῖσιν* coniecit J. Jortin (works II 357 Lond. 1810). *βολαῖσιν* accipio, pro *ἐναρίζειν* malim *ἐναρίζει.* codd. *ἐνάριζε* et *βουλ.* — *ὁ Ἀμφίλοχος.* Amphilochi oraculum erat apud Mallum, Ciliciae oppidum. cf. Wolff de nov. or. aet. p. 30. — *ὁ Δωδωναῖος ἢ σὺ ἐν Δελφοῖς.* cf. 25 4 *τραχηλίζειν τοὺς ἀβελτέρους εἰς Δελφικὰ καὶ Δωδωναῖα σοφιστήρια.* — 4 Eusebii verba: *ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε ἐληλεγμένων ὥρα συνιδεῖν αὖθις ἄνωθεν ὅπως τοὺς παλαιτάτους χρησμοὺς τοὺς ἐν Δελφοῖς ὁ αὐτὸς ἀπελέγχει.* ex quibus verbis apparet eas res, quae c. 22 1—6 et 23 1—3 narrantur, apud ipsum Oenomaum locum non tenuisse inter Croesi (21 1—5) et Atheniensium (24 1 ss.) res. neque omnino veri simile scriptorem media in oracula antiquissimae historiae (quae usque ad cap. 28 pertinent) quod ipse audivit inseruisse. immo Eusebius rem ita disposuit; cf. 21 6 *ὧν ἐπείπερ ἅπαξ ἐμνήσθημεν, οὐδὲν ἂν γένοιτο ἐμποδὼν τοῦ καὶ ἑτέρων ἐπακοῦσαι. καὶ πρώτου γε δι' οὗ φησιν ὁ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος ἠπατῆσθαι, γράφων ὧδε.* — Deinde **24** 1 verba *τὰ μὲν τοιαῦτα ἴσως ἐθελοκάκου τινός ἐστιν* vix ad Oenomai oracula, optime ad Croesi historiam referre licet. cf. 21 5 *εἰ δ' οὐχ ὑπὸ ἀγνοίας ἀλλ' ὑπὸ τρυφῆς καὶ πονηρίας ἔπαιζε* (sc. *ὁ μάντις*) . . — *ὦ μέλεοι, τί κάθησθε; κτλ.* cf. Her. VII 140. — 2 *οὐ δύναται Παλλὰς κτλ.* cf. Her. VII 141 (Anth. Pal. XIV 93). — 7 *οἱ θεοὶ ἐπεισκυκλούμενοι* „dei ex machina", qui per machinam quandam, *κύκλον* dictam, in fabula praeter opinionem comparent: cf. Weiskium ad Longin. de subl. XI 1 et Toupium ad XXII 4. — 8 *συμβούλευμα σοῦ γε, ἀλλ' οὐ μάντευμα.* idem aliis de causis deo obicitur: Chrys. frgm. 94 (coll. Gercke) . . *αἱ παρὰ τῶν θεῶν μαντεῖαι μὲν γίγνονται συμβουλαῖς ἐοικυῖαι.* — *φεύγειν μηδὲ μένειν κτλ.* ex oraculo quod exstat apud Her. I 55. — **25** 1 *ἀλλ' οὐ δεῖ Λακεδαιμονίοις . . ταὐτὸν παραινεῖν*, sc. *τὸ φεύγειν* quod deus Atheniensibus suaserat 24 1: *φύγετ' ἔσχατα γαίης.* — 2 *ὑμῖν ὦ Σπάρτης οἰκήτορες κτλ.* Her. VII 220. Anth. Pal. XIV 96. — *περικλεές*, quod pro *ἐρικυδές* praebent A H S V, hoc loco metrum respuit. videtur tamen non ut glossema adpositum, sed ex simillimo *ἐρικυδές* corruptum esse, praesertim cum Heinichen adnotet *περικυδές* V. — 4 *ἐπὶ τὰ* κριθομαντεῖα A C D E F G H praeferendum censeo quia infra demum aves dicit: §. 5 *πιστοὶ . . καὶ αἱ κορῶναι.* praeterea cf. simillimum locum ex Clemente Alexandrino excerptum: Eus. pr. ev. II 3 4. — *ἀλευρομαντεῖα.* Hesych. s. v. *ἀλευρόμαντις ὁ Ἀπόλλων διὰ τὸ καὶ ἐν ἀλεύροις μαντεύεσθαι.* — *ἐγγαστρίμυθοι:* qui in ventre habent daemonem responsa interrogantibus dantem. cf. Wolff Porph. 47. Suid. s. v. *ἐγγαστρίμυθος, ἐγγαστρίμαντις ὃν νῦν τινες Πύθωνα . . Πλάτων ὁ φιλόσοφος Εὐρυκλέα* (sophist. 252 C), *ἀπὸ Εὐρυκλέους τοιούτου μάντεως.* quo cum cf. Plut. de def. orac. IX *εὔηθες γάρ ἐστι καὶ παιδικὸν κομιδῇ τὸ οἴεσθαι τὸν θεὸν αὐτὸν ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους Εὐρυκλέας πάλιν, νυνὶ δὲ Πύθωνας προσαγορευομένους, ἐνδυόμενον εἰς τὰ σώματα τῶν προφητῶν ὑποφθέγγεσθαι, τοῖς ἐκείνων στόμασι καὶ φωναῖς χρώμενον ὀργάνοις.* — *ἤδη αἱ γαλαῖ . .* Theophr. char. XVI (*π. δεισιδ.*) *καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν παραδράμῃ γαλῆ, μὴ πρότερον πορευθῆναι, ἕως διεξέλθῃ τις ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλλῃ.* — *τὰ καθύπνια παραπταίσματα.* Theophr.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ibid. *καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ, πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκρίτας, πρὸς τοὺς μάντεις, πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους, ἐρωτήσων τίνι θεῷ ἢ θεᾷ εὔχεσθαι δεῖ.* — ceterum Oenomaum superstitiones omnino contempsisse et hic locus et verba V 29 5 docent: *καί μοι δοκεῖς οὐδὲν τῶν τερατοσκόπων καλουμένων κρείττων εἶναι* (sc. *ὦ μάντι*). — **26** 1 *ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀπήντα ἡ ἐργασία* explicabat Heinichen: ubi vero labor eis resistebat s. repugnabat. — 2 *Ἰσθμὸν μὴ πυργοῦτε μηδ' ὀρύσσετε* exstant Her. I 174 et Anth. Pal. XIV 81, ubi post *Ἰσθμὸν* inseritur *δὲ*, de quo cf. diss. p. 23. — hoc est omnium oraculorum iambicis editorum antiquissimum. subditum esse iudicaverunt W. Wachsmuth eumque secutus Hendess, quem conferas or. gr. p. 14—15. etsi ego quidem diiudicare non audeo, tamen illis hoc unum obiciam, cur non ipsum Herodotum inusitatum metrum offenderit? — *τὸ δὲ ῥᾳδιούργημα· ἐπεὶ γὰρ κτλ.*: Vigerus de idiot. I[4] 143 (Herm.). — 3 *ἐν μὲν οὖν τῇ ἀποτροπῇ ἀμφότερα ἰσόρροπα, ἐν δὲ τῇ* προτροπῇ *τὸ διαφεύξεσθαι προεῖχεν· οὐ δὴ ἀσφαλὲς ἦν τῷ σοφιστῇ τὸ ἀνατρέπειν.* — *ἐν τῇ προτροπῇ τὸ διαφεύξεσθαι προεῖχεν* sc. iudicio Cnidiorum. nam si Apollo, ut in Isthmo suffodiendo pergerent, hortatus esset, nonne eos Harpagi impetum sustenturos esse praedixisset? quod non praedixit, cum eos dehortabatur atque id tantum adiciebat Iovem Cnidum insulam esse non voluisse. itaque *ἀσφαλὲς ἦν* (*τῷ θεῷ*) . . *τὸ ἀποτρέπειν.* hoc enim exspectas primo quidem obtutu. sed vide modo quam acute Oen. verbo *ἀνατρέπειν* usus sit. nam eo ipso quod deus eos *ἀπέτρεψεν*, etiam res eorum *ἀνέτρεψεν.* facillime enim per isthmum Harpagus accedere eosque subigere potuit. cf. §. 2 *ἀποτραπόμενοι παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ Ἁρπάγῳ.* — *οὐ δὴ ἀσφαλὲς ἦν. οὐ* „ubi", non de loco, sed hic improprie ut Plat. Menex. 243 D *οὐ δὴ καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο ἡ τῆς πόλεως ῥώμη τε καὶ ἀρχή* et saepius. — 5 in Eusebianis *τὸ δὲ κακότροπον τοῦ ἤθους εἴτε τῶν πονηρῶν δαιμόνων εἴτε τῶν τὰ μαντεῖα καθυποκρινομένων ἀνδρῶν ἴδοις ἄν, εἰ κτλ.* priora verba ipsius Eusebii, posteriora Oenomai sententias exprimunt. — **27** 1 *ἐπικρινεῖ δὲ τὰ τοιοῦτα ἡ σοφία κτλ.* artissime cum antecedentibus Oenomaicis cohaerent. cf. *οὐδ' ἐφήσει τῷ Πυθίῳ χρᾶν . . τούτοις* (Cnidiis nimirum) cum 26 3 *οὕτως τε οὐδὲν εἰπὼν ὧν ἕνεκα ἦσαν ἀφιγμένοι, ἀποπέμψας οἰομένους ἀκηκοέναι τι.* — *ἅτε δὴ τῶν πάντων ἀναψαμένη τὰ πείσματα.* cf. VI 7 20 *ταῦτά γε οὐκ ἂν εἰδείης* (*ὦ μάντι*) *ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως.* — *οὔ σε μάχης κτλ.* Diod. VIII 13 2. Paus. IV 12 1. — 2 *εἰρήνης μᾶλλον μεμνῆσθαι κελεύει.* cf. dissert. p. 29. — 4 *παρθένον Λιπυτίδα κτλ.* apud unum Oenomaum exstant. idem oraculum iambicis compositum servavit Paus. IV 9 2, quos versus e tragoedia aliqua Aristodemo repetebat Wachsmuth: cf. Wolff Porph. 73 et Hendess l. s. 12. — 8 versus non ex Oenomai libro Eusebium desumpsisse exposui diss. p. 25. — **28** 1 Lycurgum qui *ἦλθεν εὐνομίαν αἰτήσων* scite Oenomaus *Τυρταίου* (sic recte unus A) *προκαθηγεμόνα* appellat propter celeberrimi carminis titulum qui fuit *εὐνομία.* — *Τυρταίου* pro *Τυρταῖον* antea receperat Heinichen ex coniectura. cf. Steini notam ad Her. I 65 18. — 2 *ἥκειν εὐνομίην διζήμενος, αὐτὰρ ἐγώ τοι* || *δώσω* ap. Her. I 65, qui quattuor priores versus tradit, omittuntur. omnes sex versus exhibet Diod. VII 14 1. cf. diss. m. p. 25. — 3 *ὡς ἂν μαντείῃσιν ὑποσχέσιάς τε καὶ ὅρκους κτλ.* hic tantum exstant. *ὡς* quod A H praebent malim quam *ἕως* recipere, cum optime respondeat verbo *οὕτω* v. 6. — *μαντείῃσιν* restituit Dindorf, *ὑποσχέσιας* Vigerus v. 3 *ἁγνῶς καὶ καθαρῶς* hymn. Hom. I 121. v. 4 *ἐποπίζεσθαι* vocabulum epicum. v. 5 *Λακεδαίμονα δῖαν* Hom. *γ* 326, *ν* 440. (*Λακεδαίμων κοίλη* cf. §. 1: *B* 581). v. 6 *εὐρυόπα Ζεύς* forma epica. v. 6 *οὕτω δή* servari posse puto neque Herwerdenum — qui primo versu coniecit *ἕως ἂν πᾶς τελέῃσιν* — offendit (Mnemos. XIV 44). — ceterum cum Vigero versibus qui hic (§. 3 — excepto nimirum hoc: *οἰκητὰς Δήλοιο κτλ.*) et infra (§. 7) leguntur partem legum Lycurgo a deo commendatarum contineri censeo. cf. §. 6 et Her. I 65 s. *οἱ μὲν δή τινες . . . λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν καθεστῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι.* — 4 *εἰς Ὑπερβορέους αὐτούς, ὅθεν ἀφῖχθαι λέγουσι κατὰ χρησμὸν Ἀστερίας ἄλλης μάντεως· „οἰκητὰς Δήλοιο θυώδεος ἠδ' ἱερῆας".* intelleguntur Hyperoche et Laodice, de quibus conferas Her. IV 32 ss. versus autem neque apud hunc neque apud alios reperitur. — 5 *οὐδ' ἐν συνθώκῳ* conieci diss. p. 29. — 7 *εἰσὶν ὁδοὶ δύο κτλ.* cf. diss. p.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

29 s., ubi ultimum versum sic restitui „εἰσαφικάνουσι· τὴν δὴ πεφύλαχθε μάλιστα". — ἀνδρείους εἶναι κελεύεις· τοῦτο μὲν καὶ παρὰ τῶν δειλῶν πολλάκις ἠκούσαμεν· ἀλλὰ καὶ δμόφρονας· τοῦτο οὐ παρὰ τῶν σοφῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ παρ' αὐτῶν τῶν στασιαζόντων. simillima leguntur ap. Diod. VII 14 3. — 9 ἐπὶ σοφίᾳ τὴν ὀφρύν ποτε ἀνασπασάντων. cf. 21 1 ἐπὶ τοῖς κενοῖς εἰδήμασι τὴν ὀφρὺν ἐπαίροντι. — **29** 1 Ἄργεος ἱπποβότου πῶλον λαβὲ καννοχαίτην. cf. Hendess l. s. p. 93. — 2 Ἠετίων κτλ. Her. V 92 β et Anthol. Pal. XIV 86. — 3 στέλλ' ἐπὶ χρυσείους κτλ. oraculum hic tantum exstat neque scimus cui editum sit. — 4 γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν οὖδας ἄμεινον κτλ. oraculum constat ex octo versibus. quos qui tradiderint et qui singulos versus exhibuerint, enumeravit Hendess (p. 93); qui falso adnotat Theodoretum quoque (l. s. X 141 14 ss.) pro volgari Ἄργος (v. 1) ut Oenomaum οὖδας praebere. — ad v. 2 cf. Julian. or. VII 205 D. Herwerdeno tertiam eamque antiquissimam lectionem (ἵπποι δ' Ἠλεῖοι) Plato videtur cognovisse: Hipp. mai. 288 B. — 5 καί μοι δοκεῖς .. οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀγυρτῶν καὶ σοφιστῶν (κρείττων εἶναι). cf. Plut. Mar. XXXXII: ἀγύρταις καὶ μάντεσιν ἢ πολιτικοῖς καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. de superst. III εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἀνθρώπους ἐμπεσόντες. — σοῦ δὲ τοῦ θεοῦ, sc. εἰ μισθοῦ τραχηλίζεις. — 6 Σωκράτης .. ἀπεκρίνατο .. μετανοήσει ἀμφότερα. simile apophthegma legitur in Stob. flor. III 20 (Mein.) n. 30: Σωκράτους. Σωκράτης ἐρωτηθεὶς τίνες μεταμέλονται τῶν ἀνθρώπων εἶπεν· οἱ γήμαντες. cf. ibid. n. 31 Πλάτωνος. — Ps.-Diog. epist. XXVIII 2 μικρὰ μὲν γὰρ εὐφραίνεσθε, πολλὰ δὲ λυπεῖσθε καὶ πρὸ τοῦ γῆμαι καὶ γήμαντες. — disputat de eadem fere quaestione Musonius: Stob. flor. III 3—7 (ἐκ τοῦ εἰ ἐμπίδιον τῷ φιλοσοφεῖν γάμος). — alterum apophthegma fortasse fictum est a philosopho qui meminerat loci illius Platonici apol. IV 20 A B. cf. Ps.-Xenoph.: Stob. flor. III 122 (n. 29). — τὴν μὲν γὰρ πατρίδα αὐτόθι ἀπολιπὼν ἄπεισι, τὴν δὲ ἀμαθίαν μεθ' ἑαυτοῦ ἄγων. eandem sententiam exprimit Aesch. Ctes. 78 .. οὐδ' ὅστις ἐστὶν οἴκοι φαῦλος, οὐδέποτ' ἦν ἐν Μακεδονίᾳ καλὸς κἀγαθός· οὐ γὰρ τὸν τρόπον ἀλλὰ τὸν τόπον μετήλλαξεν. cf. Horat. ep. I 11 27

caelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt. —

καὶ οὐχ ὁπότε ἠρωτᾶτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόκλητος ἐπὶ τὰς τοιάσδε συνουσίας ἰών nullo modo quod visum est Hendessio (p. 91) cum sequentibus versibus cohaerent. — participium ἰών neglegentius ponitur. subaudiendum autem videtur ex voce ἀπεκρίνατο (§. 6) verbum ἐδίδαξεν vel tale quid. — **30** 1 εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς κτλ. oraculum exstat etiam ap. Athen. I 40 22 E, qui v. 2 ἰητρῷ, quam formam hic rectam esse explicat Hendess p. 19. attamen cave ne eam in Oenomaum quoque introducas. — 2 Ἐργῖνε κλυμένοιο πάϊ κτλ. Paus. IX 37 4. ad v. 3 cf. Plut. an seni sit ger. res publ. I 12 τὸ τῆς Πυθίας· ὀψὲ ἦλθες. de Ergino vid. Diod. IV 10. Apollod. II 4 11. Paus. IX 17 2, 37 1. — ἱστοβοῆι γέροντι νέαν ποτίβαλλε κορώνην. de figurarum licentia cf. Lobeck. Aglaoph. 842 s. imitatus est hunc versum Apollon. Rhod. III 1317 ss.

μεσσηγὺ δ' ἀείρας
χάλκεον ἱστοβοῆα θοῇ συνάρασσε κορώνῃ
ζεύγληθεν.

posteriores paroemiographi sensum non iam intellexerunt: Macar. I 52 αἰεὶ δὲ γέροντι νέαν ποτίβαλλε κόρην· παρεγγυᾷ ὁ λόγος πρεσβυτέροις τὰς ἀκμαζούσας συνεναίζειν. Apostol. I 89. — γέροντι νέαν συνοικεῖν. συνοικίζειν Valckenaer diatr. Eurip. 275; supervacaneo modo. cf. Her. I 131 τούτων δὲ συνοικησάντων γίνεται Κλεισθένης et IX 111 γυναικὶ δὴ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικέεις μὴ συνοίκεε. Plat. r. publ. V 456 B. — **31** 1 διόπερ σοι καὶ νάρθηκα παραινῶ ἐπ' αὐτοὺς λαμβάνειν ... ἢ Ἀντιόχῳ ... λέγειν. ἢ pro μᾶλλον ἢ poni puto. cf. J. Bernays, Theophr. Schrift üb. Frömm. p. 175. — Ἀντιόχῳ τῷ Παρίῳ in Ἀρχιλόχῳ τ. Π. mutavit iam Holsten ad Steph. Byz. s. v. Θάσος. cf. VI 7 8 et V 33 1. Strb. X 7 487. Thuc. IV 104. accedit quod Ruhnken ad Vell. Paterc. I 5 3 observaverit nomen Archilochi saepissime adulteratum fuisse. cf. Seg. not. — Ἀρχίλοχ', εἰς Θάσον ἐλθὲ καὶ οἴκει εὐκλέα νῆσον. propter metrum coniecerunt Volkmann (annal. phil. LXXIX (1859) 704 οἰκεῖν, multo elegantius v. Herwerden (l. s. p. 44) οἴκε' εὔκλεα. — 2 Φαιστοῦ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*καὶ Τάρρας ναέται δίου τε Πολύρρου κτλ.* ab Oenomao solo servantur. cf. Luebbert de Pindaro nomorum Terpandri imitatore p. 14. 15. — Phaestum a Phaesto, Rhopali filio, nepote Herculis Steph. Byz. (s. v. *Φαιστός*), Diod. V 78 a Minoe conditam esse tradunt. In urbe Tarrha Apollo a draconis caede per Carmanorem purgatus est. Paus. II 7 7, X 6 7, X 16 5. Steph. Byz. s. v. *Τάρρα.* — recte deinde ut scribatur *δίου τε Πολίρρου* (non *Δίου τε πολ.*) praecipit Luebbert p. 15. Suid. s. v. *οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν, παροιμία. εἴ ποτε ταραχώδης θυσία γένηται, Κρητικὴ παλεῖται, παρ' ὅσον Ἀγαμέμνων ἐκεῖσε χειμασθεὶς ἔθυεν, ἀναβὰς εἰς τὸ Πολύρρηνον, ἐν τούτῳ δὲ οἱ αἰχμάλωτοι τὰς ναῦς ἐνέπρησαν.* Zenob. V. 50. — in quarto versu fortasse legendum est *ὅρκον δὴ* pro *ὄλβον μὴ.* — 3 *λήρου καὶ μανίας ναέται πολλοῦ θ' ἅμα τύφου.* *λῆρος* praeterea occurit in versu statim sequenti et V 36 2 s., *μανία* V 21 2; 36 4, *τῦφος* V 25 8, VI 7 27. — *Ἐπιμενιδείους καθαρμούς* ad Epimenidem *καθαρτὴν* ex ipso Phaesto oriundum spectant. Strb. X 14 479. — **32** 1 *Χαρίλαος καὶ Ἀρχέλαος.* Her. VIII 131 quo cum discrepant Paus. II 36 4 et III 7 3, Strb. X 19 482. cf. Her. VII 204. — versus — hic tantum servati — nescio an post victoriam ab Aegyptis reportatam Lacedaemonii acceperint (Paus. III 2 5). de alia expeditione cf. Paus. VIII 5 9 et 48 4. — **33** 1 *ἀθάνατός σοι παῖς κτλ.* integrum legitur oraculum in Anth. Pal. XIV 113. — 2 *ἔσται σοι κοῦρος, Μνησαρχίδη κτλ.* ab Oenomao tantum traduntur. — Suid. s. v. *Εὐριπίδης Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου . . .* — 3 *Ὅμηρος δέ· σοὶ ζωὴ δοίας μοίρας λάχεν κτλ.* quo modo hi versus cum statim sequenti (*ὄλβιε κτλ.*) et infra (§. 15) sequentibus coniungendi sint, exposui in dissertatione mea (p. 23). — Ps.-Plut. de vit. Hom. I 4 (et Anth. Pal. XIV 66). Hendess p. 32 falso cert. Hom. p. 7 (Ni.) adfert, ubi alii duo versus exstant (*ἔστιν Ἴος νῆσος κτλ.*). — *ὄλβιε καὶ δύσδαιμον.* Theodor l. s. *καὶ τῷ Ὁμήρῳ ἔφη· „ὄλβιε καὶ δύσδαιμον", τὸ μὲν διὰ τὴν ἐπιγενομένην τυφλότητα, τὸ δὲ διὰ τὴν ποίησιν, ἣν κατὰ πάντα εὖ ἔχειν ὑπέλαβε.* Paus. X 24 2 alium Homericum oraculum tradit. — 4 *λέγει δὲ οὐκ ἄνθρωπος κτλ.* dicit autem non homo quivis mediocris sed divino instinctu concitatus: deus vates. — *„ἀνθρώπων θεὸν ὄντα δυηπαθέων ἀλεγίζειν".* quis hoc cecinerit, ignoramus. — *δυηπαθέων ἀνθρώπων*: Apoll. Rhod. IV 1165. — 5 *μὴ φθονήσῃς, ὦ φιλανθρωπότατε θεῶν, μηδ' ἄλλοις ἀνθρώποις τῆς ἄνω ὁδοῦ.* cf. V. 34 13 *ὅ τε φιλανθρωπότατος θεῶν σὺ τῷ οἰκείῳ τρόπῳ τὴν βοήθειαν αὐτοῖς ἔπεμψας λέγων·* (sequitur oraculi versus). V 34 14 *τί γὰρ δὴ καὶ μέλει τοῖς ἀφιλανθρωποτάτοις θεοῖς ἀνθρώπων κατακαλουμένων ὅσονπερ ἀδριάντων*; Aelius Aristides rhetor eodem atque Oenomaus saeculo florens cynicos *τὸ φιλανθρωπεύεσθαι* iactasse auctor est (vol. II 401 Dind. — cf. Bernays, Lucian und die Kyniker p. 100 ss.). — *λοιδορῆσαι μὲν πικρῶς τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμεῖσθαι* sine dubio in primis ad Lycambae filiam Neobulen spectant. — *ἅψασθαι δὲ καὶ τῶν κιναίδων* clarissime docent Archilochum etiam cinaedos cavillatum esse, etsi huius modi carmina adhuc non novimus. — 7 post *πόλεις δὲ ὁμοφρόνως* male interpungit Gaisford, quasi verbum *συνεστᾶσιν* non ad haec quoque verba referendum sit. — 8 *Μουσῶν θεράπων ἔδοξεν εἶναι καὶ ὁ φονεὺς αὐτοῦ οὐκ ἄξιος τῆς πρὸς ὑμᾶς τοὺς θεοὺς εἰσόδου κτλ.* ostendunt Oenomaum ad oraculum adludere quale servatum est apud Aelian. var. hist. III 43:

*βαῖν' ἀπ' ἐμῶν τριπόδων, ἔτι τοι φόνος ἀμφὶ χέρεσσι*
*πουλὺς ἀποστάζων ἀπὸ λαΐνου οὐδοῦ ἐρύκει.*
*οὔ σε θεμιστεύσω· Μουσῶν θεράποντα κατέκτας κτλ.*

congruunt enim cum v. 1 Oenomai verba: *οὐκ ἄξιος τῆς πρὸς ὑμᾶς τοὺς θεοὺς εἰσόδου,* cum v. 3: *οὐδὲ τῆς παρ' ὑμῶν φωνῆς* (sc. *ἄξιος*) et *Μουσῶν θεράπων ἔδοξεν εἶναι* (cum versibus 5—8: *οὔκουν ἄδικος ἢ πρὸς τὸν θεὸν ἀπειλή*). — 9 *Ἀρχίας* ab Oenomao solo is qui interfecit Archilochum nominatur. Plut. de ser. num. vind. XVII *ἀποκτείνας ἐν τῇ μάχῃ τὸν Ἀρχίλοχον ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, ὡς ἔοικεν· ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον.* Suid. s. v. *Ἀρχίλ. ὁ ἀποκτείνας Καλώνδας μὲν ὄνομα, Κόραξ δὲ ἐπώνυμον.* Heracl. Pont. de reb. publ. VIII (Muell. frgm. hist. gr. II 214) *Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν Κόραξ (τις) ὄνομα ἔκτεινε. — ἡ Πυθία . . . κελεύουσα ἐξιέναι τοῦ ναοῦ τὸν ἐναγῆ· Μουσάων γὰρ ἀπέκτεινε θεράποντα.* alterum oraculum intellegit quod exstat apud Galen. protrept.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

IX extr. „*Μουσάων θεράποντα κατέκτας· ἔξιθι νηοῦ*“. cf. Heracl. Pont. l. s. Dio Chrys. XXXIII 397. — *τὸν ἐναγῆ*. cf. Suid. s. v. *Ἀρχίλ. . . . οὐ προσήκατο αὐτὸν* (*Καλάνδαν*) *ἡ Πυθία ὡς ἐναγῆ*. itaque hoc quoque verbum in oraculi quodam versu non servato exstitisse videtur aeque ac *φωνάεις* §. 8 extr. — 10 *αὐτοῦ κλέος ὄρουσεν* Vig. mutavit in *αὐτὸς εἰς κλέος ὄρουσεν*. sed possunt verba servari. cf. Soph. Oed. r. 877 *ὕβρις ὤρουσεν εἰς ἀνάγκαν*. — 11 *ἐραστής* correxi in *ἐργάτης* (diss. p. 30). — 12 *ἵνα σπεύσωμεν καὶ διώξωμεν τὸν οὐρανόν*. hic et supra (§. 5. 14) Christianum audire tibi videaris. sed cf. Theophr. Schr. üb. Frömm. Bernays p. 92, 494 s.: *οὕτως γὰρ τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς τυχόντες παριέναι ἀξιωθείημεν ἂν εἰς τὸν οὐρανόν*. — 13 *καὶ Σαβαῖοι καὶ Λυκάμβαι*. nomina spectant ad §. 6 *λοιδορῆσα . . τὰς γυναῖκας* (vel harum patres), *ἅψασθαι . . τῶν κιναίδων*, unde colligamus Sabaeum cinaedum famosissimum ab Archilocho acerrimis iambis exagitatum esse. ceterum ab huius loci Sabacis alienos esse Sapaeos vel Saios, quos idem Archilochus insectatus est, rectissime exposuit Bergk poet. lyr. II³ 695 (Arch. frgm. 49). — *οὔτε ὁ Οἰδίπους οὔτε ὁ Θυέστης οὔτε ὁ Φινεὺς ἐκεῖνος*. priora duo nomina tituli erant tragoediarum Euripidearum. de tertio aliunde nihil constat. Sed ex hoc ipso loco conicere velim etiam Phineum proprio dramate, cui titulus erat *Φινεύς*, actum esse. idem et Aeschylum et Sophoclem fecisse scimus (Athen. X 18 421 F. III 89 119 C) nec non Theopompum comoedum (Athen. XIV 60 649 B). atque quod in dramatum Euripidis catalogo *Φινεύς* titulus desideratur, noli nimis mirari, cum etiam in Aeschyli tragoediarum titulis frustra quaeras *Φινέα* aliis testimoniis satis confirmatum. — *Εὐριπίδης ἀνὴρ ἐπὶ τῷ διασκευάσαι αὐτοὺς γενόμενος θεοφιλής*. simillime Euripidem adgreditur Dio Chrys. or. XXXII 391 15 ss. (699 Rsk.). — 14 *μετὰ τῶν πυκτῶν* „cum pugilibus illis“ codd. — Vig.: *ποιητῶν*. sed nescio an servari possint verba quae tradita sunt, etsi tunc id concedere debes Oenomaum prius de pugilibus quam de poetis disseruisse, Eusebium autem ad ipsius arbitrium capita commutavisse. — **34** 1 de toto hoc capite vide Luebbertum de Pindari poetae et Hieronis regis amicitiae primordiis et progressu Bonnae 1886 p. 19—21. — 2 *ὦ εἰδὼς ψάμμου ἀριθμὸν κτλ.* mutavit igitur Oen. oraculum — quod primum apud Herodotum occurrit I 47 — *οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου ἀριθμὸν κτλ.* cf. notam meam ad V 21 1. Suid. s. v. *Κροῖσος* eosdem quinque versus exhibet, v. 1—2 Porphyr. vit. Plot. XXII. ad v. 1 cf. Hes. op. 648 *μέτρα* (*πολυφλοίσβοιο*) *θαλάσσης*. — *ἡ πυκτικὴ τῆς κακτιστικῆς οὐδὲν διαφέρει*. de contemnenda athletica conferas etiam Galen. protrept. X ss. — *ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης*. Paus. VI 9 7. v. 1 Plut. Rom. XXVIII. cf. diss. p. 15. — 3 *ὦ πάτριε τῶν Ἑλλήνων ἐξηγητά, ὥς σε καλεῖ Πλάτων*: de re publ. IV 5 427 C. — §. 3 ss. cf. cum Paus. VI 9 6—8 et Theodor. (VIII) 115 19 ss. qui hanc narrationem ex Eusebio desumpsit. — *ὁ ἀνταγωνιστής* apud Pausaniam *Ἴκκος* nominatur de quo cf. Aelian. v. h. XI 3. — *θεοποιός* hoc loco: qui ipsos deos facit; volgo: qui deorum simulacra conficit. — *ἀνηρείψαντό σε ὥσπερ οἱ Ὁμήρου τὸν Γανυμήδην*: Hom. *Y* 232 ss. — 8 sic legendum puto *μὴ γὰρ δὴ θαυμάσῃς, εἰ καὶ ὄναγρος ἐπιδικάσεται ἀθανασίας ἱκανῶς τὰ θεῖα παρεσκευασμένος καὶ ἀκούσας μὴ ἀνασχήσεται* (cod. E. *ἀνέχεσθαι*, ceteri *ἀνασχέσθαι*, *ἴσ. ἀνέξεται* Vigeri margo) *ἀλλ' ἀπειλήσει* (sic Vigeri margo, codd. *ἀπειλῆσαι*) *καὶ . . . ἐμβαλεῖν καὶ οὐκ ἐπιτρέψειν . . .* — 9 *τῷ Θασίῳ πύκτῃ*. intellegitur Theagenes de quo conferas imprimis Paus. VI 11 2—9. Dio Chrys. XXI 339 s. — 11 *ἐπικατενεχθείς*. cf. Muson. ap. Epict. diss. III 6 10. *ὡς ὁ λίθος, κἂν ἄνω βάλῃς, ἐνεχθήσεται κάτω ἐπὶ γῆν τῇ αὐτοῦ κατασκευῇ*. — *κατὰ δαιμονίαν μέριμναν* cf. Dio Chrys. XXXI 340. Oenomaus *δαιμονίαν μέριμναν* sine dubio ita commemorat, ut eam inludat; nam non de homine agitur, sed de statua homini mortuo erecta, quasi statua quoque suum genium habeat. ceterum ex eo quod etiam de scarabaei daemone loquitur V 33 17, satis constat eum totam daemonologiam quam maxime repudiasse. — 13 „*εἰς πάτρην φυγάδας κτλ.*“ hic solum leguntur. — *Δήμητρ' ἀπαμήσεις* restituit Meineke (annal. philol. LXXXIX 60). cf. Wolff Porph. p. 84. — 14 post *ἀμέλει οὐδέν* addit Mullach (l. s. II 378) *ἄν*, quod accipio collato simillimo enuntiato §. 16 med.: *κἂν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διώλοντο* (*ἄν* quod sequitur recte omittunt A H), *εἰ μὴ ἡ παρὰ σοῦ ἦλθε βοήθεια*. — inter *οἱ δὲ* et *ἐκόμων* addendum esse *ἀγροί*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vidit Luebbert l. s. p. 20. — 15 „ἐν τιμῇ τὸν ἄτιμον ἔχων κτλ.“ ab Oenomao solo servata sunt. γᾶν ἀναρώσεις, sic emendavit Meineke (annal. philol. LXXXIX 59) ita ut codicum A H scriptura γὰρ ἀνάρρωσις haud ita graviter mutetur. confert idem V 16 1

Πυθῶν δ' οὐκ ἔστιν ἀναρρῶσαι λάλον ὀμφήν.

certe falso Vigerus et Gaisford futurum ἀρώσεις introduxerunt. — ἐπὶ τῇ πατρίδι (εἰληφέναι δῶρα). nimirum non Locrum sed alius urbis civem se professus erat. — ἡ παρὰ σοῦ ἦλθε βοήθεια λέγουσα ὅτι κτλ. cf. §. 13 βοήθειαν ἔπεμψας λέγων· sequitur oraculum. — πεφατνευμένους. schol. A: πεφατνευμένους λέγει τοὺς ἀθλητὰς διὰ τὴν σωμασκίαν καὶ ἀναγκοφαγίαν. qua voce (ἀναγκ.) utitur Arist. pol. VIII 4 1339 A 4 ss. — **35** 1 ὄλβιος οὗτος ἀνήρ κτλ. — Her. V 92. Anth. Pal. XIV 88. Dio Chrys. or. XXXVII 456. ad v. 1 cf. cert. Hom. et Hes. 212 (p. 17 Nietzsche) et Anth. Pal. XIV 77: „ὄλβιος οὗτος ἀνήρ, ὃς νῦν κατὰ λάϊνον οὐδὸν || Φοίβου Ἀπόλλωνος χρηστήριον εἰσαναβαίνει“. quo loco et oraculi cuiusdam (schol. cod. A ad Hom. *E* 64, cf. Hendess p. 31) verbis .. ἐμὸν δόμον εἰσανέβητε nisus van Herwerden in Cypselano quoque oraculo pro absurdo ἐσκαταβαίνει recipere iubet εἰσαναβαίνει (l. s. p. 44). — quamquam v. 2 Αἰακίδης corruptum est, tamen Ἠετίδης S V ex librarii coniectura exortam esse puto. versum detorquet scriptor verbis iam sequentibus: Κύψελος, ὃς δὴ κτλ. — 2 εὐδαίμων Φάλαρις καὶ Μελάνιππος ἔφυ || θείας ἀγητῆρες ἐν ἀνθρώποις διχονοίας. detorquet Oenomaus hos versus (Athen. XIII 78 p. 602 B C):

εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ || θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότατος.

valde offendit distichon inversum. transposuit igitur versus et dorismos amovit Aelianus v. h. II 4:

θείας ἀγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος || εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ.

sed mihi quidem totam hanc rem recte explanasse videtur Wolff l. s. p. 89 qui in fine quaestionis dicit: satius erit Hieronymo (Rhodio), quo Athenaeus auctore primario in hac re narranda utitur, eundem errorem tribuere quem alii haud pauci commiserunt: ut poetae alicuius Dorici versus, qui oraculi antiqui sententiam expresserit, pro ipso habuerit oraculo. — Phalarim cum Agrigenti tyrannum fuisse sciamus, quid hic Gelorum urbs sibi velit, quaeras. quod declarare studet Seguierus: Gelaeos condidisse Agrigentum (Thuc. IV 4), postea Agrigentinos Gelam in suam potestatem redegisse, ut Phalaris huius quoque urbis imperium obtineret. — idem Seguierus miratur quod, cum nulla possit similitudo inter tyrannum et tyrannicidam esse, eodem versu Phalaris et Melanippus dicuntur. sed hoc ipsum cynicus consilio mihi videtur fecisse. supra enim aegre fert, quod vates non solum „τοὺς τῶν τυράννων ἐπιβούλους“ sed etiam „τοὺς τυράννους“ adulantur (§. 1). rectius igitur eodem oraculo utrumque significari opinatur. — 3 ἤκουσα δέ σου καὶ διαλελυμένον χρησμόν· de quo verbi ἀκούειν usu cf. Bernays, Theophr. Schr. üb. Frömm. p. 145 v. 11 et 140 v. 33. — **36** 1 ἀλλά κε Μηθύμνης ναέταις πολὺ λώϊον ἔσται || φαλληνὸν τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον = Theodor. (X) 141 34 s. ad v. 2 cf. Seguierum de hac voce multa disserentem. sane constare dicit phallum in Bacchi cultu locum tenuisse, sed hic agi inventionem trunci olivae formam hominis exhibentis et quem oraculum Baccho tribuerit. itaque Vigerum sensum adsecutum esse: „ex (tereti) ligno“. hoc ita se habere etiam ex verbis mox sequentibus colligo: οὐ μόνον φαλληνοῖς .. καρήνοις ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις et §. 3: ἐλάϊνον κορμόν. — κάρηνον intellegendum esse κεφαλὴν docent verba §. 4: ἐξ ἄκρου κεφαλοειδὴς ὁ κορμός. male igitur Theodoretus interpretatur: .. τοῦ Διονύσου τὸ ἀκροπόσθιον τιμᾶσθαι χρησμῳδήσας. immo nihil in hoc oraculo obsceni erat. — v. 2 Διονύσοιο (codd.) non stat in hoc versu. sed minus commendatur mutatio in Διοννύσοιο quam in Διωνύσοιο (sic Dindorf) quam formam poetae saepe usurpant (Hom. *Z* 132. Hes. sc. 400) et omnes Theodoreti codices praebent. — enuntiatum quod sequitur in codicibus valde disturbatum est. sic legendum esse censeo: θύουσι γὰρ αἱ πόλεις καὶ τελεταὶ ἄγουσιν οὐ μόνον φαλληνοῖς Διονύσοιο καρήνοις ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις καὶ οὐ μόνον αὐτοῖς τοῖς Διονύσοις (A H) ἀλλὰ καὶ ἄλλοις παμπόλλοις Ἡσιοδείοις θεοῖς. — Διονυσίοις ab reliquis codicibus praebitum, cum statim alii dei inducantur, nihili esse concedes. — 2 „τρὶς γὰρ“ ὡς ἀληθῶς κτλ.: Hes. op. 252. — οἳ εἰ „ἀνθρώπων κτλ.“: Hom. ρ 487. — εἰς τὸν „Ὄλυμπον ὅθι φασί κτλ.“: Hom. ξ 42.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# VI

7 (cf. etiam textum Heikelii l. s. p. LII—LXI). — 2 ἀπόλωλε γὰρ —— οἷα πεισόμεθα redeunt apud Theodoretum (cf. diss. p. 15). — Δημόκριτος δέ γε, εἰ μή τι ἠπάτημαι, ὁ μὲν δοῦλον ὁ δὲ ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων (i. e. liberum arbitrium) ἐπιδεῖξαι. quod etsi ab aliis Democrito expressis verbis non obicitur — quin etiam fragmentum eius exstat (n. 109) ἀγαθὸν οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐθέλειν — tamen potuit eum Oenomaus eius rei coarguere, quia omnia ab eo ad necessitatem referebantur (cf. Aristot. gen. anim. V 8 789 B 2. Cic. de fato X 23). simili modo Chrysippus providentia et fato omnia fieri volt sed differt a Democrito quod etiam in hominibus aliquid inesse concedit itaque liberum arbitrium prope servum reddit: §. 2. 14. 23. Chrys. frgm. 126. 97. 99 Gercke. — 4 ἐχθρὲ περικτιόνεσσι κτλ. exstant versus apud Her. VIII 148. Anth. Pal. XIV 94. — 6 Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλειτοῖο Κάρυστε κτλ. priores tres versus exstant etiam in Anth. Pal. XIV 68. de dialecto disserit Hendess p. 22. — Steph. Byz. s. v. Κάρυστος. — 7 καὶ ἵξομαι καὶ κατιῶ (Dind. καθιῶ) eleganter emendaverat Heinichen . . εἴ μοι πέπρωται Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι καὶ ἱερὰν χώραν κτίζειν καὶ ἵξομαι καὶ κτιῶ (nunc nonnullos codices hanc ipsam formam κτιῶ habere per Heikelium scimus). — 8 ἄγγειλον Παρίοις κτλ. idem versus exstat ap. Steph. Byz. s. v. Θάσος. — Ἀρχίλοχον . . φράσαντος. sensum bene intellexit Vigerus vertens: Archilocho auctore, ut φράσαντος idem fere valeat atque κελεύσαντος. — ἡ νῆσος αὕτη (sc. Θάσος) πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. cf. praeter Steph. Byz. l. s. Plin. n. h. IV 12 73: Thasos olim Aeria vel Aethria (?) dicta. — 13 νόστον δίζηαι πατρίην ἐς γαῖαν ἱκέσθαι ‖ Ἀμφιαρηιάδη. cf. Ric. Volkmann (annal. philol. LXXIX 704): fortasse initium illius oraculi est quod Apollodorus indicat III 7 5 3: γενομένης δὲ ὕστερον τῆς γῆς δι' αὐτὸν (sc. τὸν Ἀλκμέωνα) ἀφόρου, χρήσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ πρὸς Ἀχελῷον ἀπιέναι καὶ παρ' ἐκείνου πάλιν διαλαμβάνειν. cf. etiam Seguieri notas. — 14 μηδὲ Χρύσιππος ἄρα ὁ τὴν ἡμιδουλείαν εἰσάγων, ὅ τί ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο, ἀπαντάτω εἰς τὴν στοάν. Vigerus post verba ὅ τί ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο addit οὐκ εἰδώς. cf. Damoxen. in „συντρόφων" versu 64 s. (frgm. com. Graec. coll. Meineke IV [1841] p. 532):

ζητοῦσι συνεχῶς, οἷόν ἐστ' (sc. τὸ ἀγαθόν, cf. v. 63) οὐκ εἰδότες. —

πρὸς μὲν Ἀρκεσίλαον παρόντα, πρὸς δὲ Ἐπίκουρον οὐ παρόντα. sensum non percepit Seguierus qui his verbis Oenomai de Arcesilai Chrysippi Epicuri aetate sententiam exprimi opinatur. immo Oenomaus, quamquam Epicurum coaevum, Arcesilaum non coaevum Chrysippi fuisse ei persuasum erat, tamen ut inluderet Chrysippo, partes consulto mutavit. atque suo iure potuit mutare. nam sequitur §. 15: τί γάρ ἐστιν ὁ Ἀρκεσίλαος, τί δὲ ὁ Ἐπίκουρος . ., οὔτ' οἶδεν οὔτε οἷος εἰδέναι. — 18 τί δή ποτε —— ἀνάγκης = Theodor. (cf. diss. p. 15), cuius varias lectiones Eusebii textui subscripsit Gaisford. — pro εἱμαρμένη πεπρωμένη (Theod. interponit καί) fortasse legendum est εἱμαρμένη ἢ πεπρωμένη. — 21 ὃν δὲ ἡ ἀρχὴ . . ἐκπέφευγεν, ἦ πού γε τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν εἰδείη ἂν οὗτος mihi quidem interrogatio videtur. itaque post οὗτος pono; — 22 de Laio et Oedipode disputant etiam Chrysippus frgm. 94. 95. 122, Epictet. diss. III 1 16, Dio Chrys. X 149 s. — ἐκεῖνο γὰρ δὴ τὸ καταγελαστότατον κτλ. cf. Chrys. frgm. 126. 97. 98. 99. — 25 καὶ ὁ Εὐριπίδειος Ἀπόλλων τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν ὃ ἔλεγεν. simili modo collocantur verba infra §. 40 οἵ τε ἀγαθοί, εἰ ἐξηγκωνισμένοι περιπατοῖεν, οὐκ ἐπιτρέψει τις αὐτοῖς, ἀλλὰ φήσει· ὦ Χρ. κτλ. — καὶ πᾶς σοι οἶκος κτλ.: Eur. Phoen. 20. ex antecedenti versu εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς vocabula φύς, τεκνῶσαι, ἀποκτεῖναι redeunt ap. Oen. §. 22. 24. 25. 26. — πῶς ἂν εἴη Dindorf propter: ἢ ὁ εἱρμὸς συνδεῖν δύναιτο. — συνδεῖν recte a plurimis codicibus traditur: cf. Chrys. frgm. 42 ἡ εἱμαρμένη εἱρμός τις οὖσα αἰτιῶν ἀπαράβατος (οὕτω γὰρ αὐτὴν οἱ Στωικοὶ ὁρίζονται), τοῦτ' ἔστι τάξις καὶ ἐπισύνδεσις ἀπαράλλακτος. — 28 ταριχοπωλεῖν. cf. Luc. Menipp. 17 ταριχοπωλοῦνται ὑπ' ἀπορίας. — 29 ἀσύνετα δ'

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἦλθες κτλ.: Eur. Phoen. 572, — 30 εἶθ' ἥλιος μὲν νύξτε κτλ.: ibid. 545—546, quod neminem adnotasse mirandum est. — 33 ἐφ' ὅσον ἐὰν μὴ ἄλλη ποθὲν ἐπιστᾶσα ἀρχὴ . . . κελεύσῃ. pro ἐάν (codd. omnes) maluit Vigerus ἄν quod Dindorf recepit. sed saepius reperiri videtur ἐάν pro ἄν in enuntiatis quae regantur a pronominibus vel adverbiis relativis et in quibus ponatur coniunctivus. cf. Heinicheni notam et Buttmann, Grammat. d. neutest. Sprachgebrauchs (1859) p. 217. itaque hoc quoque loco fortasse servandum est ἐάν pariter atque VIII 8 44. — 35 Τρηχῖν' ἐξεῖλες πόλιν κτλ. exstant apud Oenomaum solum. ἄτας legendum esse exposui in dissertatione mea (p. 24). ceterum non opus est Volkmanni (annal. philol. LXXXI 612) verborum transpositione — quod emendandi genus omnino incertissimum est — θείου πόλιν Ἡρακλῆος et v. 2 σοὶ δ' ἄτας δῶκεν Ζεὺς ἠδ' ἔτι δώσει. ad v. 2 cf. Hom. Α 96. — 38 Οἰταῖοι, μὴ σπεύδετ' κτλ. oraculum hoc uno loco servatum. quae verba cum antecedentibus cohaerere, quod visum est Seguiero, nullo modo demonstrari potest. — 40 ὦ Χρύσιππέ τε καὶ Κλεάνθης. Chrysippus cum Cleanthe componitur etiam: Chrys. frgm. 3. 11. 16 extr. — ἐγὼ μὲν ἀρετὴν ἐπαινῶ, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐναρέτους οὐκ ἐπαινῶ. cf. Phryn. (epit.) 328 Lob.: ἐνάρετος· πολὺ παρὰ τοῖς Στωικοῖς κυκλεῖται τοὔνομα οὐκ ὂν ἀρχαῖον et ea quae Lobeck adnotavit. — 41 τὸν Ἐπίκουρον, ὃν σὺ πολλά, ὦ Χρύσιππε, ἐβλασφήμησας. cf. Chrys. frgm. 1 πρὸς τὸν Ἐπίκουρον μάλιστα μάχεται Χρ. 2. 23 (Gercke). — 42 εὐτάκτων θνητῶν βιοτῇ θεοὶ ἵλαοί εἰσιν, ‖ εὐσεβέων θ' ἁγίας θυσίας τιμάς τε δέχονται. unde desumpserit hos versus a nullo alio scriptore traditos, nescimus.

## ADDITAMENTUM.

Multifariam Oenomaum opere suo (γοήτων φώρα) in Apollinem et vates invectum esse vidimus. neque eum solum eis temporibus oracula impugnasse et per se veri simile est et certis testimoniis confirmatur. cynici enim qui posteriores dicuntur paullo post Christum natum ex stoicorum secta exierunt. horum autem multi eodem fere tempore perinde ac postea divinationem non iam defendebant sed saepe abiciebant. qua in re praeiverat Panaetius[1]) quem de illa dubitavisse atque adeo eam reiecisse hi auctores sunt: Laert. Diog. VII 149 ὁ μὲν γὰρ Παναίτιος ἀνυπόστατον αὐτήν (sc. τὴν μαντικήν) φησιν. Epiphan. adv. haeres. III 9 Παναίτιος τῆς μαντείας κατ' οὐδὲν ἐπεστρέφετο. Cic. acad. II 33 107 cum Panaetius ea de re dubitare se dicat, quam omnes praeter eum stoici certissimam putant, vera esse haruspicinam auspicia oracula somnia vaticinationes seque ab assensu sustineat. cf. de divin. I 3 6; 7 12. II 42 88 — 47 97. — iam eorum qui post eum floruerunt gravissimos aliquos audiamus. — M. Annaeus Lucanus poeta Cornuti discipulus „exploratus stoicus" haec Catonem Labieno, qui ab eo ut oraculum adiret petierat, respondentem facit: Pharsal. IX 572 ss.

scimus et haec[2]) nobis non altius inseret Ammon.
haeremus cuncti superis temploque tacente
nil facimus non sponte dei nec vocibus ullis
numen eget dixitque semel nascentibus auctor
quidquid scire licet . . 581 ss.:
sortilegis egeant dubii semperque futuris
casibus ancipites: me non oracula certum,
sed mors certa facit, pavido fortique cadendum est. —

Deinde Epictetus, qui aeque ac Musonius ad cynismum inclinabat, compluribus locis divinationem despectui habet. diss. II 7 (πῶς μαντευτέον): 1 διὰ τὸ ἀκαίρως μαντεύεσθαι πολλὰ πολλοὶ καθήκοντα παραλείπομεν. 2 τί γὰρ ὁ μάντις δύναται πλέον ἰδεῖν θανάτου ἢ κινδύνου ἢ νόσου ἢ ὅλως τῶν τοιούτων; ἂν οὖν δέῃ κινδυνεῦσαι ὑπὲρ τοῦ φίλου[3]), ἂν δὲ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ καθήκῃ,

1) Locos ad eum pertinentes collegit C. Wachsmuth, die Ansichten der Stoiker über Mantik und Daemonen p. 175.
2) Pertinent ad ea quae v. 566—571 dixit.
3) Simillimum locum habes in manual. XXXII 3.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*ποῦ μοι καιρὸς ἔτι μαντεύεσθαι; οὐκ ἔχω τὸν μάντιν ἔσω τὸν εἰρηκότα μοι τὴν οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ; κτλ.* 9 *τί οὖν ἡμᾶς ἐπὶ τὸ συνεχῶς μαντεύεσθαι ἄγει; ἡ δειλία, τὸ φοβεῖσθαι τὰς ἐκβάσεις. διὰ τοῦτο κολακεύομεν τοὺς μάντεις· κληρονομήσω, κύριε, τὸν πατέρα; κτλ.* quo cum loco conferendus est Seneca (nat. quaest. VI 29 3): nec usquam plura exempla vaticinantium invenies quam ubi formido mentes religione mixta percusserit. pergit autem Epictetus: *διὰ τοῦτο κἀκεῖνοι* (sc. *οἱ μάντεις*) *λοιπὸν ἐμπαίζουσιν ἡμῖν.* conferas etiam si libet II 16 17. — Dio Chrysostomus quoque, rhetor quidem sed qui ad stoicam potissimum philosophiam prope accederet, vaticinationem respuit or. X 149 (cf. XI 157) *τί δέ; νομίζεις τὸν Ἀπόλλωνα ἀτιμίζειν ἢ δωρίζειν; ἢ τὴν αὐτὴν εἶναι διάλεκτον ἀνθρώπων καὶ θεῶν; ἀλλὰ τοσοῦτον διαφέρει ὥστε τὸν ποταμὸν τὸν ἐν Τροίᾳ, Ξάνθον, Σκάμανδρον παρ' ἐκείνοις καλεῖσθαι κτλ. ὅθεν δὴ καὶ ἀσαφῆ τὰ τῶν χρησμῶν ἐστι καὶ πολλοὺς ἤδη ἐξηπάτηκεν.* ibid. 150 *ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί σε μηδὲν δεήσεσθαι μαντείας νοῦν ἔχοντα κτλ.* — Prorsus aliam sententiam M. Aurelius Antonius profitetur: comment. IX 27 *οἱ θεοὶ δὲ παντοίως αὐτοῖς* (sc. *τοῖς φαύλοις* cf. VII 70) *βοηθοῦσιν, δι' ὀνείρων, διὰ μαντειῶν, πρὸς ταῦτα μέντοι, πρὸς ἃ ἐκεῖνοι διαφέρονται.* —

Sed de stoicis hactenus. quamnam sententiam cynici primi et secundi saeculi de divinatione protulerint, ex his testimoniis cognosces. — Plut. de def. orac. VII Didymum Planetiadem, qui — si quidem fuit — Domitiano vel Traiano regnante floruit, haec Apollinis vatibus male dicentem facit: mirandum esse non quod tum oracula defecerint, sed quod non iam prioribus temporibus Hercules aliusve deus tripodem sustulerit. foedissime enim et maxime impia fuisse quae homines ex oraculis quaesivissent. atque Pythagoram perperam dixisse „*βελτίστους ἑαυτῶν γίγνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσιν*“ [1]), immo deis aperte ostendere solere adfectus eos, quos coram seniore homine ut tegerent operam darent. — Pariter Demonax, qui anno p. Chr. n. 160 mortuus est, vates obiurgat. Lucian. Demon. 37: *μάντιν δέ ποτε ἰδὼν δημοσίᾳ ἐπὶ μισθῷ μαντευόμενον, „οὐχ ὁρῶ“, ἔφη, „ἐφ' ὅτῳ τὸν μισθὸν ἀπαιτεῖς· εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀλλάξαι τι δυνάμενος τῶν ἐπικεκλωσμένων, ὀλίγον αἰτεῖς ὁπόσον ἂν αἰτῇς, εἰ δὲ ὡς δέδοκται τῷ θεῷ πάντα ἔσται, τί σου δύνατα ἡ μαντική“;* — Praeterea Luciani, qui eodem fere atque Oenomaus tempore scripsit, eos locos qui quamvis ad priorum saeculorum cynicos pertineant tamen ad rem nostram faciant, hic addam: dial. mort. III (Menippus), IX (Crates), XIII (Diogenes). (cf. ibid. XIV et deor. dial. XVI). — Sed longe aliter unus ex paucis huius temporis de quibus certiora nobis constant cynicis de oraculis sensit, Peregrinus Proteus. quem Lucianus, de morte Peregrini 27, antiquis oraculis usum esse, quibus ostenderet se daemonem fieri necesse esse, tradidit: *λογοποιεῖ καὶ χρησμούς τινας διέξεισι παλαιοὺς δή, ὡς χρεὼν εἶναι, δαίμονα νυκτοφύλακα γενέσθαι αὐτόν.* quin etiam §. 28 suspicatur scriptor fore, ut ad eius sepulcrum oraculum institueretur: *οἱ κατάρατοι δὲ οὗτοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ χρηστήριον, οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσονται, διότι καὶ Πρωτεὺς ἐκεῖνος ὁ Διός, ὁ προπάτωρ τοῦ ὄνοματος, μαντικὸς ἦν.* patet igitur, quantum his in rebus distet ab Oenomao. sed alia etiam discrepantia exstat. ex eis enim quae Lucianus l. s. 27 scripsit: *δῆλός ἐστι βωμῶν ἤδη ἐπιθυμῶν καὶ χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων* et 41 *εἰκόνας μὲν γὰρ παρά τε Ἠλείων αὐτῶν παρά τε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς καὶ ἐπεσταλκέναι ἔλεγον, αὐτίκα μάλα οἶδα πολλὰς ἀναστησομένας,* elucet eum statuas sibi erigi iussisse. atque re vera ei mortuo simulacrum dedicatum esse auctor est Athenagor. [2]) legat. XXVI 29 D p. 140 (Otto): *τὸ Πάριον (εἰκόνας ἔχει) Ἀλεξάνδρου καὶ Πρωτέως . .* 30 A *ὁ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου (ἀνδριὰς) καὶ ὁ τοῦ Πρωτέως — τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν — ὁ μὲν καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν, τῷ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου . . δημοτελεῖς ἄγονται θυσίαι.* — Oenomaus autem neque deis neque hominibus statuas erigi voluit: Eus. pr. ev. V 36 1—2; 34 11.

1) Cf. de superstit. IX: *Πυθαγόρου . . εἰπόντος, ὅτι βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες.*

2) Quem locum adscivit Bernays, Luc. u. d. Kyn. p. 90.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf